

surus fuerit per dominum nostrum carissimum dominum magnum erici ducis felicis memorie filium regem norwegie et swecie illustrem seu per regnum swechianum integraliter et plenarie fuerit satisfactum. renunciantes in hoc facto firmiter et expresse sub donacione fidei nostre antedictae. excepcionibus. doli. mali. fraudis. lesionis decepcionis dicte pecunie non numerate non habite non recepte. reique sic non geste et omnibus aliis et singulis excepcionibus. per quas posset contra presens instrumentum per nos uel per alium venire in futurum aliquo ingenio cauillacione uel cautela iurique dicenti generalem renunciacionem non valere In cuius rei testimonium sigilla nostra hiis presentibus duximus apponenda. Datum in villa ørabro anno domini M CCC° XX° primo sabbato proximo ante dominicam palmarum.

Allmän öfverskrift: De bonis ecclesie. — *Öfver brefvet:* Recognicio dominorum sunonis et petri ionsson militum super quingentis marchis denar.

2292.

(1321 d. 12 April).

Örebro.

Biskoparne CARL i Linköping och ISRAEL i Westerås, KNUT JONSSON m. fl. Svenska Riks-Råd meddela Norska Riks-Rådet, i afseende på ett rykte att Normannen Ulf Saxesson skulle blifvit fångslad genom några Svenscars åtgärd, den förklaring, att de anse detta otroligt, men förmoda att sådant möjligen föröfvats af några ynglingar eller främlingar från Warberg; och som de högligen ogilla detta, anhålla de, att Norska Rådet måtte skriftligen hos Konungens moder, Hertiginnan Ingeborg, anhålla, att hon ville afhjelpa allt sådant, som kan störa lugnet i hennes sons riken, samt i dylika frågor hellre lyssna till mogna och erfarna mäns, än till ynglingars och främlingars råd.

Diplomat. Langebek. i K. Danska Geheime-Arch. *)

Reverendis in Christo Patribus Domino Elavo, Divina miseracione Archiepiscopo Nidrosiensi, Episcopis et aliis omnibus Magnifici Principis Do-

*) ARNE MAGNUSSENS copia, förmodligen ur det gamla förkomna *Registrum Bergense*, benäget meddelad af Herr Prof. N. M. PETERSEN. Brefvet har blifvit utgifvet af Prof. P. A. MUNCH i *Saml. til det Norske Folks Sprog og Hist.* V: 3, pag. 528—531, efter Mss. Barth. IV: 33—35. — Angående dateringen af detta dokument hafva meningarne varit olika. LAGERBRING, (*Sv. R. Hist.* 3: 222, 223) upptager det under år 1319, likväl med anmärkning att året är obestämdt. LANGEBEK har påtecknat den Arne-Magnæanska afskriften: "*Quær. an circa 1320.*" Prof. MUNCH (l. c. pag. 531) har antagit sistnämnda årtal vara det rätta och för denna mening anfört några skäl, som jag likväl icke anser vara öfvertygande. SUHM, (*Hist. af Danm.* 12: 40.) anför händelsen under 1320, men yttrar dock en förmodan att den torde tillhöra ett senare år. — Jag anser brefvet vara utgifvet 1321 af följande skäl: 1:o Flera dokumenter af detta år bevisa Konungens och hans moders, Hertiginnan Ingeborgs, vistande i Halland och dess granskap, förmodligen till följd af Hertiginnans redan började kärleksförbindelse med Knut Porse, hvar öfver Rådets missnöje temligen oförtäckt uttalas i sjelfva brefvet. 2:o Brefvet är utgifvet i Örebro Palmsöndagen, som år 1321 inföll den 12 April. En af utgifvarne, Biskop Carl i Linköping, befann sig, enligt nästföregående dokument, i samma stad dagen förut, eller den 11 April, och förmodligen hade den i nämnde dokument omtalade åtgärden för Wiborgs återvinnande från hedningarne, likasom förhållandet mellan Konungens moder och Rådet, varit

mini Magni, Dei gracia Regis Norwegie et Swecie, Consiliariis in Regno Norwegie constitutis, KAAROLUS Lyncopensis, JSRAEL Arosiensis, eiusdem permissione Episcopi, KANUTUS JOONSSON, PHILIPPUS ULFSON, THURIRUS KÆTILSSON, KANUTUS MAGNUSSON, STEPHANUS RØRIKSON, ERICUS THURISON, PETRUS LIQUIDSON, BOO NICLISSON, HÆMINGUS ODGISLÆSON, SIGMUNDUS ÆRINGISLASON, THORDO BONDE, GISLO ÆLINASON, JOON NICLISSON, milites. NICHOLAUS ABYORNASON, GOTZTAVUS TUMASON [3: Tunason], JOON THOLFSSON, SIGMUNDUS LÆTILDORSON [3: Kieldorson], RAGNVALDUS MAGNUSSON, ceterique milites et armigeri, eiusdem Domini Regis de Regno Svecie Consilarii, nuper apud villam ørabru in parlamento constituti, salutem et in Domino feliciter vivere et valere. Retulit coram nobis nuncius nobilis militis, Domini Findi, discretum virum et valentem, Ulfonem Saxason, de regno vestro fuisse contra leges vestras captivatum, dicens quosdam de Regno nostro ad hoc dedisse operam et juvamen, quod non credimus per aliquos de nostratibus esse factum, nisi forsitan aliqui juvenes et alienigene de Vardbyargh nephanda talia temeritate presumpserunt. Verum tamen pro certo sciatur, quod si ita sit, nos penitus hoc latebat, et in tantum nobis debeat displicere, acsi in aliquem de nostris fuisset attemptatum. Et ne hec vel alia hiis similia in Regno Norwegie vel Svecie fieri debeant, prout nobis possibile fuerit, verbis et factis volumus precavere. Talia enim peracta nobiscum evenire aliquatenua etiam formidamus, sed teste nobis, Altissimo Domino vestro et nostro, Regi Magno, filio Domini E. [3: Erici] Ducis, felicis memorie, fidei servicio et sinceritate debita, ut tenemur, volumus firmiter adherere, et vobiscum pacem et concordiam, sicut inter nos promissum fuit, per omnia inviolabiliter observare. Unde omni instancia, qua possumus, vos requirimus et rogamus, quatinus Domine nostre Ducisse inclite, Relicte Domini E. Ducis, scribere velitis, ut remedium adhibere dignetur optimum, ne talia vel aliqua alia in posterum aliquatenus attemptentur, per que occasio alicuius mali vel sinistri, quod Deus avertat, in filii sui Regnis poterit suboriri, sed fideles memorati sui filii omnes, qui etiam marito suo in eius vita et post constanti fidelitate adhererunt, gracie diligat, et favore benivolo prosequatur, conceptam contra eos indignacionem, si qua sit, faciliter mitigans et remittens, et ut omnia, que statum et prosperitatem Regnorum tangere dignoscuntur, secundum consilia Senum et peritorum Regni utriusque, potius quam Juvenum alienigenarum et minus experitorum, ordinet ac disponat. Alioquin

föremål för öfverläggning på herredagen ("parlamentum apud villam Örabru"). 3:o Brevet kan icke vara utgifvet 1319, ty Palmsöndagen detta år var Magnus ännu icke vald till Konung. År 1320 hade söndringen mellan Konungens moder och Svenska Rådet ännu icke kommit till den höjd, som brevet utvisar. År 1322 inföll Palmsöndagen den 4 April, men denna dag befann sig Nils Abjörnsson i Stockholm och kunde således icke vara med Riksens Råd i Örebro. Senare än mötet i Skara år 1322, kan brevet icke vara utgifvet.

verisimiliter est timendum, commociones et dissenciones in Regnis antedictis fieri, et ex improvise excitari. In Christo Jesu semper [vivite] et valet, nobis precipientes. Scriptum Dominica Palmarum loco prius dicto.

Öfverskrift: Litera Consiliariorum Regni Svecie ad Consiliarios Regni Norvegie.

2293.

1321 d. 12 April.

Bo POLEN gifver sin gård i Fröderyd till Nydala kloster för sin och för gårdens fordna ägares själar.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

In nomine patris et filij et spiritus sancti, amen, Anno ab incarnatione domini M^o, CCC^o XX^o, primo, in dominica palmarum, Ego BOECIUS POLEN confero et scoto monasterio Noue wallis, et monachis ibidem deo seruientibus curiam meam in frøsryd cum omnibus pertinencijs suis, intra sepes et extra, mobilibus et immobilibus ob remedium anime mee, et pro animabus illorum qui dictam curiam antea possederunt, scire igitur volo posteros et modernos quod juri cuiuslibet canonico, vel ciuili quod mihi forte competeret ad ista reuocanda renuncio per presentes, In cuius rei testimonium sigillum dilecti fratris mei Domini Birgheri abbatis de alwastro, et sigillum meum huic littere sunt appensa, Scriptum anno et die supradictis.

På fränsidan: Frøsryth in parochia fröderyd.

Sigillen: No 1. Abbotens nära utplånadt; No 2. Bo Polens, adligt (3 treblad).

2294.

1321 d. 12 April.

Sigtuna.

PRIORD BERNHARD och KONVENTET i Predikarebrödernas kloster i Sigtuna qvittera 50 mark penningar, hvilka Årkebiskop Olof betalt i stället för 10 mark lödigt silfver, som Hertigarne Erik och Waldemar på deras yttersta muntligen hade lofvat klostret i syndabot.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras Inspecturis. Frater BERNARDUS prior sictoniensis, totusque CONUENTUS ibidem ordinis predicatorum salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus vniuersis. nos. a venerabili patre domino Olauo diuina prouidencia archiepiscopo vpsalensi recepisse et habuisse, quinquaginta marchas denariorum. pro decem marchis puri argenti quas magnifici principes domini duces ericus et waldemarus clare memorie circa extrema vite sue. nobis in remedium peccaminum suorum, viue uocis

oraculo